

**Princeps Christiano-Politicus Septem donis Spiritus sancti
instructus Anno M.DC.LVI.**

Faust, Reinhard

Herbipoli, 1667

Caput VII. Fortitudinis Fructus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55326](#)

gravioribus paratus est defungi
vir fortis.

CAPUT VII.

Fortitudinis Fructus.

Tauri Marathonii cornua
comprehendere, Nemeæi
leonis robur elidere valet vir
fortis. Conjice eum in morta-
rium, veluti crudelis Nicocreon
Anaxarchum, respondebit cum
hoc Philosopho, mantica, exu-
viæ, emortuæ pelles, non fortis,
non Anaxarchus tunditur: Ven-
de Ægyptiis, Prorex erit; proji-
ce in ardente fornacem, can-
tabit; Si cum Lucio Licinio den-
tato centies & vigesies victorio-

F 5 fo

130 DISCURSUS IV.

so sexcenties vulneretur & con-
cidatur, si cum Cecrope, si cum
Codro pereat, nullus eum ad-
versitatis concursus, nulla eum
mortis crudelitas à mentis li-
bertate, tranquillitate & salute
avocabit. Hic sanè non Achylles
Romanus, sed Princeps Chri-
stianus est, qui rejectis super-
fluis, contemptis opibus, sola
honestate, sola virtute conten-
tus adversa non timuit, in pro-
speris le non extulit, certus hu-
manæ imbecillitati firmius præ-
sidium hoc fortitudinis divinæ
dono non concessum, quo penè
solo reipublice incolumentas ani-
mæque salus conservatur. Tanti
viri pretium procul & de ulti-
mis

DE FORTITUDINE. 131

mis finibus est ! tanti viri indu-
mentum fortitudo est ! tanti viri
Deus, Deus fortis, Deus prote-
ctor, Deus adjutor est ! Mille ho-
minum , mille dæmonum insi-
diis vir fortis exponitur ; ne inci-
dat, protegit eum Dominus ; in-
numera incommoda impe-
dent cervicibus ejus, ne impeta-
tur, protegiteum Dominus ; in-
scelera enormia, in flagitia im-
mania lapsurus erat, ne caderet,
protexit eum Dominus ; jam
jam hostium suorum futurus
præda erat , & pabulum ignis
æterni, ne fieret, protexit eum
Dominus. Quid superest, nisi ut
consurgat, & divina fortitudine
indutus dicat : Pergemi Domi-

432 DISCURSUS IV.

ne, perge custodire me, ut pupil-
lam oculi , sub umbra alarum
tuorum protege me ! Tu enim
protector vitæ meæ, à quo trepi-
dabo & pergam ego habitare in
adjutorio tuo, & in protectione
cœli commorabor: da modò, ut
hoc Spiritu principali confirma-
tus me vincam , ignavos ple-
tus, fucos arceam , depecula-
tores exhauiam , insidiatores
comprehendam, inimicos con-
teram. Culpâ meâ & alienâ
enervatus sum: cado, caduntque
mecum, qui mihi adhærent, nisi
supponas manum fortitudinis
tuæ ; tempestas aquæ imminet,
infernus aperuit os suum ; da ro-
bur, fer auxilium , extende bra-
chium misericordiæ & fortitu-
dinis

DE FORTITUDINE. 133

diniſ tuæ, ut vineantur, qui di-
cunt mihi quotidie, ubi eſt Deus
tuus? qui tua tribunalia impe-
tunt, qui ſua templa polluunt,
qui Sancta Sanctorum ever-
tunt, ut agnoscant, & timeant te
DEUM pacis, DEUM fortem,
DEUM Exercituum, & tandem
mēcum te Dominum vivum
& fortem Zelotem ve-
nerentur.



F 7

DIS-